






Freiherr v. Ende-Althessnitz





B. 138.  
86.







Q. D. B. V.  
PER - ILLUSTRIS CUJUSDAM AUCTORIS  
Dissertationem IX. & X.

DE

# RATIONE STATUS

Circa,

POLYARCHOS, FOEDERA, IMPERIUM ROMANUM  
ET IMPERATORIS MONARCHICAM  
POTESTATEM,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> AC DOMINO

DN. FRIDERICO  
WILHELMO

REGNI BORUSSICI HEREDE &c. &c. &c.

PRAESIDE

JACOBO BRUNNEMANNO

JURUM LICENT. ET PROFESS. PUBL. EXTRAORD.

D. Januar. MDCCII. H. L. Q. C.

In Cathedram denuo deducet

ELARD S<sup>E</sup>J<sup>L</sup>H/ Berolino-Marchicus.

HALAE MAGDEBURGICÆ.

Typis JOHANNIS GRUNERI, Acad. Typogr.

6 D 8 A  
PER - UTRICUM CHODORAW ANGLOLOR  
Dicitur apud eum II. 21. 37.

D 8

# RATIOME SATTIS

PERIODICO

ANNUALIS

EDITIONIS SANCTISSIMA MARIÆ

TRIENNIALIS

ACCENSUS HODAIVANIANO

EDITIONIS SANCTISSIMA MARIÆ

ANNUALIS

EDITIONIS SANCTISSIMA MARIÆ

PERIODICO

ANNUALIS

Excell  
Apis acutissim PATR<sup>O</sup>  
houp MAXIME A  
PER-ILLUSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO  
DN. GEORGIO HENRICO  
de BORCK,  
SAC REG. MAJEST. BORUSSICÆ,  
A CONSILIIS STATUS AC CAMERÆ,  
ut &  
SUMMI TRIBUNALIS APPELLATIONUM  
RAVENSBERGENSIS  
PRÆSIDI SUMMO,  
*S. Ordinis Johannitici Equiti.*  
*Domino Meo Gratioſo,*  
Felicitatam!





Abis veniam, PATRO-  
NE MAXIME, quod  
præsentis Academici spe-  
ciminis consecratione,  
Per-Illustri Tuo Nomi  
facta; audeam interstrepere cōsilia &  
negotia tua, quibus quotidie pro salute  
Augustæ Domus Regiæ Borussicæ &  
Brandenburgicæ distractus es. Sa-  
ne si nulla alia spe fretus essem, Te, Ex-  
cellentissime Vir, benigne suscep-  
tum esse levidense hoc munuscum de-  
votis manibus porrectum; Tua tamen  
decantatissima & omnibus obvia hu-  
manitas, quæ eo magis extollenda, quo  
in tanto fastigio rarior esse solet, me non  
dubitare sinit, Per-Illustrem tuam Ex-  
cell. etiam conatum meum grata officia  
præstandi, benigne interpretaturum es-  
se, cum vires desint re ipsa grati animi  
mei fidelem memoriam declarandi. Ac-  
ce-

cedit, quod V. Excell. tantis benefi-  
ciis me cumulaverit, ac tot ipsius in  
me benevolentiae summæ documenta  
extent; ut lubens propterea memet de-  
bitorem ipsi fistam, ac in gratitudinis A-  
ra leve hoc redhostimentum, cum pin-  
guiora sacrificia nunc non quidem ultra  
votum, sed ultra vires sint, suspendere  
cupiam. Nec modice ad id me incitavit  
temporis, quo exercitium hoc Academicum  
mihi subeundum fuit, opportu-  
nitas. Dum enim novum annum in-  
gressi sumus, aurem mihi vellicat veterum  
Romanorum mos sapientissimus,  
quo Calendis hisce Januariis, Principi-  
bus subditi, Dominis prioribus Liberti,  
Patronis Clientes, munusculis & stræ-  
nis, in pignus ac tesseram grati animi,  
submissionem ac reverentiam testaban-  
tur. Accipe igitur benigne, *Per Illu-  
stris Vir, & chartaceum hoc cedonum,*  
*quod hoc tempore, ea, qua par est, ani-*

mi submissione venio oblatum cum ardentissimo voto, velit summum Numen, uti præterito; ita hoc novo etiam anno, novam Tibi largiri felicitatē, novas vires corporis animique, quo Excel lentia Vestra non solum hoc novo; sed & multis aliis annis, arduis suis splendidissimisque officiis porro supremam Themidos sedem ornare, augere splendidiorumque reddere; ac consiliis suis gravissimis salutem publicam Regni & Provinciarum dispensare possit.  
Ita Voveo

VESTRÆ PERILLISTR.  
EXCELL.

*humillimus eliens*

ELARD ESICH.

(129)

Dissertatio Nona.

## DE RATIONE STATUS

Respondere

RODOFREDO NEPLIUS Confucius

### CONCLUS. I.

**D**ivisum præcipue imperium bello (a) semper inutile extitit. Experiensia, qvamvis dura rerū Magistra, abunde id docuit. Compertum est, multos & qva potestate Duces ab uno sacerdote pessime vicos: unum a pluribus Imperatoribus difficultime superari. Qvamdiu Pericles ex sua unius sententia res Atheniensium gereret, tam diu ex bene processerunt, dissensione multorum mox pessum ire. (b) Testamur victoriam Hannibalis ad Trebiam, ex Sempronii & Scipionis dissidiis reportatam. (c) Testamur incomparabilem ad Cannas cladem ex pauli Æmilii & Terentii Varronis discrepantibus inter se opinionibus ab uno iterum Pæno rei Romanæ illatam. (d) Hinc recte Dictator Fabius regimentera ex exercitus cum Magistro equitum Minutio communicare solebat. (e) Sed anteriorum Seculorum exempla omitti possunt: qvod posteriora frequentibus minime carent. Celebrem multique effectus, Galliarum unius Regis præsentia, a Venetis ad Ghiradaddam, sive ut alii ad Vailam, victoriam reportabat: non ob aliam præcipue causam, qvam qvod Venetæ Reipubl. exercitus & qva potesta Duces duo, Comes de Pitigliano & Bartholomæus de Alviano, aut inter se minime consentire, aut, ob complexionis differentiam & alias causas, contraria sustinuere, ita ut tandem ille in ipsa pugna huic succurrere noluerit. (f) Unum hoc infortunium intra octingentorum spatium annorum acquisita Venetis eripuit. (g) Sane si Pitiglianus solus exerci-

R

tui

tui praefectus fuisset, Veneti victi non essent: Si Alvianus solitus, viatores, ut ex circumstantiis judicandum videtur, existissent. Sic multa Ducum dissidia Reipubl. pernitiosa & ferre exitiosa fuerunt. (h) Nempe simultatem suam multoties homines gravissimis publicis rationibus & communis causa praeferunt. Nonnulli, ut culpae aut crassi negligentiæ errorisque collegarum actiones arguere queant, non amovent mala, sed promovent, non juvant, sed varie salutaribus consiliis impedimento sunt, latanturque damnis & infortiis. Pessime. Quasi, si hic vel ille improvide, temere & inconsulte quid egerit, nos propterea prudentes cordatique existamus: Qui non aliis mediis eniti laborat, inglorius erit. Hinc multum laudanda prudenteria Venetorum Patrum illorum, qui, cum eorum consilium securum reiectum esset, & diversa periculoseque sentientium opinio prævaluisset; jamque potentissinorum orbis Christiani Monarcharum Pontificis, Cæsaris, Galliæ Hispaniæque Regum, hostiles exercitus finibus appropinquavissent, minime objurgare contraria sententiae atque in extricabilis periculi autores, necque lamentari aut famam reliquorum fuggillare, verum ita se & clam & palam, omni ambitione & privata simultate posthabita, gerere, acsi ipsi præcipue ingentis imminentis belli svasores fuerint. (i)

(a) Quamvis & in pace omnia corpora, collegia, universitates ex necessitate habeant suos directores, praesides, rectores, (b) Thucyd. libr. 2. (c) Polyb. l. 3. (d) Liv. dec. 3. lib. 2. (e) Liv. dict. lib. 2. (f) M. Franc. Guicciard hist. Ital. lib. 8. ibi quod Thomas Poreachi in not. (g) Nicolo Machiavell. nel prenc. cap. 12. Thom. Poreach. d. loc. (h) Guicciard. d. loc. (i) Guicciard. d. l. 8. ibi nelle qualicose conseguenza gloria del Senato, il medesimo ardore si dimonstrava in coloro, che prima havevano consigliato in vano, che la fortuna prospera modestamente furasse, che in quegli ch<sup>e</sup> erano

erano stati autori del contrario: perche preponendo la salute publica; non cercavano, che crescesse la loro autorità col rimproverare a gli altri i consigli perniciosi; nè con l' oportuni rimedii, ebe si facevano i a pericoli nati per la loro imprudenza.

## CONCLUS. II.

Neque opus Ultramontana exempla adducere. Smalcadicum(a) domesticum magni nominis Fedus, satis doce-re nos poterit, qualem, a multis æquilibus gesta belli nego-tia, exitum sortiantur. Potentissimæ hujus societatis con-silia, robora, vires, potentia, ingens militum numerus(b) bellicusq; apparatus, mox evanuere, bello & tota re parum feliciter administratis. Separatis sociorum viribus, ob Fer-dinandi Regis & Ducis Mauritiæ in Electoralem Saxoniam factam irruptionem hostilem, alii Federatorum victi, capti, ad mortem damnati, alii dignitatibus & provinciis privati, alii frequentiori numero supplices facti subito, quasi unus alium prævenire voluisse, se crimen, se culpam commisisse, sponte sunt confessi, & propter Christum sibi condonari petierunt atque deprecati sunt errores, misericordia Cæsa-ris sui humiliter implorata. Alii centum, ducentis, trecen-tis aureorum millibus post multati sunt, qvam severe ob-jurgati fuerant. Multa & pecunia Ordinibus imperii im-posita, decies sexies centena millia aureorum confecit. Summa ista ex rationibus publicis postea apparuit. Simul ex Saxoniæ Electoris & Hassiæ Landgravii & Wirtenbergæ Ducis, urbibus & arcibus machinas bellicas an 13 Imper-a-tor deduxit, qvarum partem Mediolanum & Neapolim, partem in Hispaniam misit, reliqvis per Belgij Provincias distributis, tanquam partæ de Germanis victoriae manubias, non sine occulto in animis Germanorum injuria sensu, qui sero errore animadverso, sua sibi opera & imprudentia, suum

suum decus & gentis gloriam ereptam dolebant. (c) Cuius  
 mali & tristissimi eventus præcipua causa creditur, quod  
 non ex unius arbitrio res ageretur. Cum æquali essent  
 potestate prædicti Elector Saxoniæ Johannes Fridericus, &  
 Hassia Landgravius Philippus, non semel accidit, ut di-  
 scepitando per oportunæ dilaberentur occasiones. (d) Lente  
 admodum in Federatorum castris omnia gerebantur, dis-  
 sentientibus fere semper ducibus, & plurimum æqvato im-  
 perio, universi segnes & quid agendum incerti erant. (e)  
 Scilicet ubi multitudo ingeniorum, ibi multitudo confu-  
 sionum. Plurimi lateres juncti altissimam firmamqve tur-  
 rim efficient, multa ingenia nihil. Sane incerta & moro-  
 sa adeo Federatorum consilia ipfis exitiosa, cum ferre am-  
 plius non posset Sebastianus Schertelinus, Augustanæ mili-  
 tiaz Dux vir fortis & ingentis animi, Augustam unde ad  
 bellum fuerat missus, profectus est, neque post in castra re-  
 diit. (f) Itaque rerum peritores ita sentiunt, prudenter fe-  
 cisse Carolum V. Cæsarem, qui rerum summam dubiæ cer-  
 taminis sorti committere noluerit, quippe cum ipsius vi-  
 res indies augerentur, & potentia tempore convalesceret;  
 concordia item & obedientia ductum & militum summa  
 esset, ut qui summum unum ducem & principem respice-  
 rent: contra hostium lenta & dubia consilia, ac discrepan-  
 tes in iis sententiaz, & ut inter pares minor ducum respe-  
 ctus. Sic Cæsarem patet prævidisse, sociorum vires tem-  
 pore aut discordia dilapsuras, sibiique cunctandum esse, dum  
 ex occasione, quæ se brevi in manus datura esset, consilium  
 caperet. (g) Quod mox contingit, cum illi, qui simul omnes  
 de Cæsare tota Germania expellendo consilia agitaverant,  
 jam de salute sua singuli cogitare cœperint. (h) Celeber-  
 rimum denuo Fedus, quod multis annis constiterat, Unio  
 (i) uno valido iusto dissoluta, dissoluebat. Res ab ea ge-  
 stas

( 133. )

stas & non gestas ejusdemqve exitum historiae loquuntur. Neque confœderationi Lipsiacæ (k) diuturna constantia. Aliquot ejus membra in Franconico & Svevico circulo in contingen-  
tienti renunciavere: reliquos ad Nordlingam casus separavit. Quin tandem præcipios Federatorum Pragensis (l)  
seu pacificatio seu transactio hostes plane reddebat.

(a) Dictum ita a loco ubi anno 1536. die Michaelis Archangelii perfectum, & ad decentium prorogatum a dominica Invocavit anni 1537. qva die finem habiturum erat. Smalcaldiam civitatem Carolus V. propterea solo æquare constituerat, nisi eam Dux Saxoniae Mauritius exorasset. Spangenberg. in Chron. Henneberg. lib. V. Formulam Federis & Federatorum nomina recenset, Wabremund. ab Ehrenberg. medit. pro federib. lib. 2. cap. ult. pag. 317. Frierderic. Hordleder. de caus. bell. German. lib. 8. cap. 8. & 9. Remig. Fesch. de Federib. th. 13. Thuani. lib. 2. Sleidan. lib. 17. & 18. (b) ad LXX vel LXXX. c. 15 pedium, XV. equitum millia fuisse memo-  
ranti scriptores: adhac CXX. tormenta omniū generis. VI. c. 10 fos-  
forum, ac CCC. pontones, carrosqve pulveri tormentario, globis &  
ceteris bellicis rei necessariis instrumentis fabribendis supra 15CC,  
qvibus trahendi VIII. c. 10 jumentorum destinata erant; insuperfa-  
brorum, cuniculariorum & hujusmodi artificium ad c. 10 capita,  
qvæ publicis sumtibus alebantur. Thuani. hist. lib. 2. (c) & tamen  
omnes forte protestantes, excepto Philipp. Melanthone. solidi & recti  
judicii viro, cuius verbarecesset Ehrenb. d. loc. de federib. pag. 328.  
fedus hoc pium, honestum. legitimum dicunt. Prins etiam quam  
iniretur, in consilium adhibiti fuerunt non I. Cti modo, sed & Theo-  
logi, & præmissa matura & multa deliberatio. vid. Hordleder. de  
caus. bell. German. pasim, & ejusdem dissert. 1. & 2. pro Federat.  
bell. auspiciis Saxon. contra Carol. V. gest. apud Goldast. in Polit.  
imperial part. ult. fol. 1371. & seqq. Zieritz. in discurs. Apolog.  
pro Feder. Smalcald. thes. 18. Sleidan. lib. 8. Improbum judica-  
verunt



Verunt Bodinus Natalis Comes, Antonius Quetta, Ludovicus de  
 Avila, Francisc. Burckhard, qui appellat einen Schmalkalbe-  
 rischen Französischen Pestilentialischen Bund/ & alii. No-  
 stram opinionem in confitu, quærenti rotunde indicabimus. (d)  
 Sleidan lib. 18 ubi ita scribit: Ubi jam Smalcaldicorum exerci-  
 tus omnis conuenisset, captum est omnibus tormentis in castra Ce-  
 saris fulminari & vehementissime quidem. Ibi tum Landgravius,  
 convocatis ad Saxonem bellii consiliariis atque ducibus, quod si pe-  
 nes me solum, inquit, esset administratio, sicut tunc erat, quando  
 Wircembergicum restitui, duabus equidem cum legionibus hostem  
 adoriri primo velim, & fossoribus adductis, munitiones illorum di-  
 sturbarem, & summis deinde copiis impressionem facerem. Varian-  
 tibus ibi sententiis, cum alii diffaderent, ut rem summi discriminiis;  
 alii non improbarent quidem, modo ut ab Ingolstadiis, qui tormentis  
 abundabant, nihil periculi sic metuendum, & equitatus etiam ad-  
 hibetur statim initio pugnae: nihil actum fuit. Quod qui-  
 dem ita reprehenditur a multis, ut hic error, & ipsorum calamitatis,  
 & victorie Caesaris initium atque causa fuisse putetur. &c. Qua-  
 re nos Proverb. cap. II. vers. 14. & cap. v. 6. semper intellexi-  
 mus, si, unus negotiis præst, qui determinat. (e) Thuan. hist. lib. 2.  
 (f) Sleidan lib. 18. Thuan d. l. 2. (g) Thuan. dict. loc. (h) i-  
 dem d. loc. (i) Germanis die Union Confederati se tandem ap-  
 pellarunt, die Correspondenden und Unierten König / Chur-  
 Fürsten/ Graffen und Städte. vid. Anbringen der Unierten  
 Gesandten bey Herzog Maximilian zu Beyern/ anno 1619. den  
 11. Decembr. styl. n. und den 19. Decembr. st. n. Londorp. in Act.  
 publ. part. 2 pasim. Unio hoc anno 1610. Hala Sævorum artius  
 confirmata, ad quam civitatem alludens Christian Gottlieb von  
 Friedberg & Christoph. von Ungersdorff appellarunt eine Hö-  
 lische Union/ und den Correspondens- Tag einen Conjurations-  
 Tag/ quos refutavit autor der Ungersdorffischen Widerlegung.  
 Varia aliis extant scripta Unionem mordacia oppugnania eandemq.  
 pro-

(135.)

propugnantia. ad quæ nos remittimus. Præsens nostrum institutum minime permittit ut velimus, hæc similiaque decenter prosequi. Nostram interim opinionem in conflictu aperiemus. (k) qva inter Status Evangelicos initia, cum bona ecclesiastica post Passavensem Transactionem occupata. Imperator restitujiuberet. (l) inter Glorioſs. Imper. Div. Ferdinandum II. & Sereniss. Dominum Johannem Georgium Saxonia Electorem Anno 1835. qva nunc cum suis appendicibus ad causarum decisionem nec allegari, nec audiri, nec admitti debet. Pacificat Osnabrug: artis: 27. §. contra hanc Transactionem.

### CONCLUS. III.

Si fere bellorum quæ a multis imbecillibus contra unum potentem geruntur, terror & strepitus periculo effectu quo major esse solet. Cito primos impetus defervere, cito, sententiarum varietate inter collegas exorta, constantiam debilitari constat. (a) Frequenti, usu competitum est, ea, quæ ex multorum voluntate pendent, vix felicem exitum habere. Fédera inter multos icta, haud ea firmitate & consensione animorum natura sua sunt, qui sperari possit, quenquam aut remissiorem fore, aut ab aliis disjunctum iri. (b) Quisque facile sua respicit, & sibi quam alii bene esse mavult. Qvamvis fidei datæ conveniat, quæ fundationum præcipuum Federum est, ut quisque Federarorum, aliquid incommodi patienter ferat, ne alius & ne communis causa in multa majora detimenta incurrat. (c) Adhuc adverterat paciscentium inconstantiam Ferdinandus Toletanus Alba Dux, Belgij Gubernator, qvando centurioni cuidam, copias diversorum hostium Federatorum, sollicite denarranti, & conjunctionem tot Regum Principumque amplificanti, placide respondebat: Scire se quantum demum illud fedus esset; nec magnopere timen-

timendum ab ea multorum conspiratione, contra quod Rex  
suum longe majus injerit. Convenisse enim cum Hispaniarum Rege, Reges Neapolis Siciliae Sardiniaeque convenisse Insubriæ Ducem, Burgundiorum & Belgarum Principem, præter Peruvii, Mexici Philippinarumque Reges. Hoc autem differre utrumque Fedus, quod in illo nationum ingeniorumque dissimilitudo, & si dissolutionem societatis essent allatura: in hoc omnibus libere, quod uni luteat, eoque æternum fore, (d) Quod non indignum erit tam famoso duce judicium. Negari haud debet, multa accidentia conjunctos ad dissolutionem impellere, sumptus, impendia, lucrum cessans, damnum emergens, speratae utilitatis defectus, casus adversos, studium diversum & propriæ potentiaz, varios fines, invidiā, ambitionem, varias cupiditates multaque alia. Omnia secula hæc docuerunt. Sic tutissimum firmissimumque merito habetur propria vi & potentia niti. Fere semper misserum est, alieno incumbere fulcro.

(a) Guicciardin. hist. Ital. lib. 8. (b) Guicciard. d. loc. lib. 3. & lib. 10. (c) idem lib. 1. (d) Strad. de B. B. decad. 1. lib. 7.

## CONCLUS. IV.

An ergonos, omnino Federa non ineunda, opinamur. Minime. Mens nostra nunquam hæc fuit, neque imposterum erit; Quid sepe contingere soleat, saltem indicavimus, & quod cauto opus sit, & qvam facile ligata interdum solvantur. Alias ligas omnino svademus. Non est bonum hominem esse solum. Ita mox dixit Opt. Maxim. post hominis creationem. Et quis erigit solum, si lapsus fuerit? Sane ut miser videtur homo privatus sine omni amico, ita Princeps & Respublica si-  
ne

federatō. Potentissimus Imperator & simul Hispaniarum atq; Indiarum simul multarumq; provinciatum dominus, Carolus V. probe id ipsum intellectus, qui initio statim Imperii & ipso ætatis flore, Angliæ, Poloniæ, Daniæ, Lusitaniæ regum amicitias & federa, affinitatibus, connubiis & aliis variis mediis sibi procuravit. [a] Si ita potentissimi fecere, facile apparet, quid imbecilliorib⁹ conveniat, qui semper suspicari necesse habent, non quid major facere jure debeat, sed quid facere possit. Nunquam causa belli, invasionis, oppressionis potentiori deest. Qui pati iniquissima & silere nescit, ille nocens est. An non etiam fere coram mundo victus malā causam habuit. Parere victoria advocatos solet non querere. Non improbanda igitur minus validorum cura diligens, in comparandis remediis, quibus injustis nonnullorum factis & pretensionibus obviare queant: ne fiant esca majoris, quod naturaliter contingere solet. Illud autem inter remedia salubrius & honestius ubiq; est, & communī gentium consensu approbatum, quod sit animorum & virium per federa conjunctione. Sic & utilitas & necessitas urget societatem, imo invitox nonnihilquām coēgit. Atq; sunt confederationes ejus efficacitæ, ut duo, tres, & plures unus (b) fiant ad mutuam, contra hostile robur, defensionem. Quantum autem unio vires augeat, vel unius Scylluri patris, octuaginta filiis suis porrecta tela disjunctim & conjunctim, documento esse poterunt. Idem liberæ Belgii provinciæ protestantur, & junctæ armipotentis Helvetiæ civitates. Et quis ignorat unitam virtutem fortiorē? An non, quod solitaria causa præstare nequit, socia expedit? An non oneri gestando, quod unus ne quidem movet, plures sufficiunt? Atq; ubivis etiam obvia exempla sunt, federatos alios, alios federatos vel conservassæ à periculis, vel defendisse, aut liberalissime, aut viatos, spoliatos, ejectos, exules gloriose

rioſe feliciterque restituiffe. Ad Albæ ducis responſum quod attinet, Hispaniarum regem concerneſit, qui duo interdum regna aut tria & aliquod provincias, falvo ſtatu ſuo perdere & recuperare potefit idemq; manere. Cum alii principes plurimi non ſint rex Hispan. nec tot federatos ex iſe habeant, eandem quoque regulam obſervare minime poſſunt.

(a) Chokier theſaur. pol. lib. 2. cap. 11. (b) confederatus unus cum confederato cefetur Hier. Gigas de crimin. laſ. maj. lib. 3. rubr. de rebell. queſt. 21. Felin. in rubr. de treug. & pac. n. 19. Henric. à Rosenthal. de feud. cap. 10. conclus. 20. n. 20. lit. u.

## CONCLUS. V.

Nobis tamē viſum diſtingvenda federaita: Aut poten-tes ſunt federati omnes, & ita quidem, ut quilibet eorum iuſtum exercitum conſcribere & alere poſſit, novumq; ſubſtituere, Hæc regulariter durant. Aut inter collegas unus validus eſt & potentissimus, reliqui tales, ut ſinguli offenſive parum poſſint, neq; habeant in marsupio exercitum, & tunc ligam ille unus ſua potentia & auxiliis & ſolatio ſuſtiunt, ne facile ſolvatur. Aut multi ſunt federati, qui omnes quidem copiis viribusq; junctis decentem exercitum iſtuet, ſinguli nullum. Hæc unio aut nunquam contrapotentem unum diurna, aut rarifime. Aut contra Ma-jeſtatem & ſummum Magiſtratum in Monarchia vel Poli-archico ſtatu ſubdiſi conjurant. Eiusmodi conſpira-tes & ſeditio-nes facile evanescunt. Primi impetus incoſiderati- cito defervent, & futurorum memoria cautos animos pa-rumq; ſedatos terret. Mox ad ordinarii Magiſtratus cle-men-tiam prudentiores respiciunt, oblata denuo obedientia, dum timent, ne exules, banniti, bona, ſubtantiam, feuda, digni-

(139.)

dignitatem, famam, honorem, cognatos, patriam, & apprehensi caput amittant unicum, quod habent. Parum iterum à seditionis, quibus alii adhaerent ipsi sperare possunt, sed omnia demum à justi Magistratus & domini gratia, quæ in mundo vere felices reddere potest homines & extolle-re, ditare, beare, expe&lt; tant. Similibus fere, Centurio Cle-mens seditionas Romanorum Pannonicas legiones ad obe-dientiam sine magno labore flexit, motumq; sedavit. Quo-usque, dicebat, filium Imperatoris (nempe Drusum) ob-sidebimus. Quis certaminum finis? Percennione & Vibu-reno sacramentum dicturis sumus; Percennius & Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largietur? deniq; pro Neronibus & Drusis imperium populi Romani capessent? quin potius, ut novisimi ad culpam ita primi ad p&enitenti-iam sumus? (a) sic redire mox obsequii pristini amor, cæ-sis Vibuleno & Percennio aliisque rebellionis autoribus.

Tacit. annal. 1.

## CONCLUSIO VI.

Imperium nostrum Romano Germanicum unius (a) etiam eminentissimi Majestate per tot secula regitur. U-num illum communiter Cæsarem, Imperatorem, Regem ap-pellavere. (b) Is non modo verus dominus, & summus princeps & supremum Imperii temporale caput (c) sed & totius orbis Christiani est. (d)

--- nullum caput ista super se  
aspicit, excepto cælorum rege, posteas! (e)  
Astra Deo nil majus habent, nil Cæsare terra,  
Sic Cæsar terras, ut regit astra Deus. (f)

Idipsum quidam Caroli V. Symbolum exprimere sa-tagens, ingenue satis innuit his verbis:

Vis ultra? ast ultra non est quo progrediaris,  
Nil ultra est aquilas imperiiq; decus.

S 2

Hodie-

Hodieq; adhuc quod ad dignitatis prærogativam attinet,  
omnes Christiani orbis principes Cæsari ultro loco cedunt.  
(g) ipse tanquam stella matutina in medio nebulæ meridionalis,  
inter cunctos reges eminere dicitur. (h) Imo  
Turca infensissimus & hereditarius Imperii hostis præcipuum  
agnoscit Imperatorem nostrum orbis principem (i)  
Atq; hanc nō interruptā eminentiae & præcedentie possesiōnem  
vel quasi semper inter aves sibi fortiter Aquila afferuit.

(a) Nescii tamen veteris Romane historie, plures nimis um  
simul imperium administrasse, haud sumus. Docent id sa. is. §. sed  
& propter 6. Instr. de excusat. tutor. l. imperatores. 3. pr. ff. de  
transaction. l. ult. pr. ff. ad 8 Et Turpilian. l. divi fratres. 27 pr.  
ff. de paen. & inscriptioes L. L. Codicis pasim. Recentius exempl.  
prabet Friderici Austriaci & Ludovici Bavarii conventio Anno  
1525. Formulam ejus tradit Johann. Cuspinian. Cesar. Maj. consiliar.  
& Profess. Vienn. in Descript. Austr. p. 638. Wolfgang. La-  
zius. Comment. Genealog. Austr. lib. 2. Melch. Goldast in Reichssatzung.  
fol. 147. & fol. 310. Aurea Bulla pluralitatem non admittit,  
qua nungam regum & capitum sed regis & capitis meminit.  
Atq; quod Electores, regem non reges, caput non capita, se-  
lecturos jurent: sequitur eos unam tantum non plures una cli-  
gere posse. Michael Ulcur. de regim. mund. part. 2. quest. 1. pr.  
num. 1. Lancellot. in temp. lib. 1. cap. 1. §. 1. quest. 1. Cirier. de pri-  
mogen lib. 1. quest. 7. n. 20. Melch. Goldast. in politic. imperial.  
part. 2. disc. 2 Neque extat post Aurea Bulla compositionem e-  
xemplum, quod duo eodem tempore aut electi fuerint aut im-  
peraverint. Sic ipsa consuetudo, que optima legum interpres  
l. si d. interpretatione. 37. ff. de LL. unitatem evincit.  
Carolus. V. quidem Austriacam Hispania potentiam accessione  
Imperii firmaturus, opera Marie Hungaria regine subornata,  
pertentarat aliquoties animum Ferdinandi, quo Romanorum  
regnum Philippo cederet, inter alia pollicitus, se cum fratre com-  
municaturum imperii fasces, ut duo impoſterum pari autorita-

te Cesares haberentur; immoto tamen ad ea Ferdinando, confirmato a Maximiliano filio ad ipsem imperii educato. Cum id impetrare non posset Carolus, postremo petierat, ut saltem Philippum per Italiam & Belgium, cum plena potestate vicarium constitueret. Sed nec illi assensere, quod dicerent: tantum de Cesarea Majestate ac dignitate, quam integrum & illibatum tueri receperint, decessurum, quantum ex ea alteri concessissent. Famian. Strad. de Bell. Belgic. Decad. I. lib. I. Wilhelm. Go-deleveus, de abdicat. imper. Carol. V. Thuan. histor. lib. 6. & libr. 16. Imo unum tantum posse esse verum imperatorem, pro articulo fidei nonnulli habent, & prouinde assimilant Graecorum Imperatorum schacorum regi: quos tamen refutat Henning. Arnis. de jur. Majestat. lib. I. cap. 2. n. 3. (b) Neg. intererit an se imperatores, an reges, an aliter appellant. Prohibiti nulla ratione unquam fuerunt, quin se quibusvis appellationibus nominarent. In iure feudali regis nomine plerumq. imperator intelligitur. vid. cap. un. pr. & § 5. de his qui feud. dar. poss. c. un. insin. de benef. fratr. c. un. pr. de leg. Corrad. c. un. pr. de capit. Conrad. Isern. in cap. un. que sint regal. Vultei. de feud. lib. I. cap. 5. n. 6. Niell. disf. feud. II. thes. I. lit. a. neg. à jure civili & Canonico dictare regis acceptio aliena est. Sensus imperialis vocatur regalis. I. ult. C. de. II. culmen imperiale, culmen regale. I. ult. C. de adfessor. I. 3. C. de quadr. prescript. Lex de imperatoris plenitudine lata, Regia §. 6. J. de J. N. G. & C. L. I. ff. de constit. princip. I. I. §. 7. C. de V. I. E. Constantiopolis regia urbs I. I. §. 10. C. de V. J. E. I. ult. C. de adfessor sceptrum imperatoris regium, c. inter. dilectos 6. X. de fid. instrum. potestas imperizlis regalis. c. sollicit. 6. X. de majorit. & obedient. Vid. dissert. nostra Heidelberg, de Regalib. thes. 3. & 4. Interim verum est, plurimos occidentis Imperatores ante coronationem Pontificum, se reges tantum dixisse, Maximilianus I. id novissime obseruavit, qui tamen in R. A. zu Trier und Edinburg anno 1512. & R. A. zu Augspurg anno 1518. aliquoties se Imperatorem vocat. Carolus V. primum ante Romanam coronatio-

nem titulo Imperatoris usus est, quem secuti sunt omnes reliqui.  
 Interim negare haud debemus, fuisse & forte adhuc esse, inter  
 Imperiale & regalem coronam, distinctionem. Abunde id pro-  
 bat capitul. Carol. V. art. 30 ibi: Wir sollen und Wollen uns auch  
 zum baldesesten es möglich und füglich / heraus in das Reich  
 Deutscher Nation persönlich führen / die Römische Königliche  
 Kron / wie uns als erwehlten Römischen König wol ziemet /  
 empfangen &c. Und nachfolgend sol wir die Königliche Kron /  
 wie obsteht / empfangen haben / uns zum besten bestreitigen / die  
 Kaiserliche Eren / auch in ziemlicher gelegener Zeit / zum schier-  
 sten erlangen. Ad idem se obligasse reliquos Impp. capitulationes  
 aperte docent. Jung. R. A. zu Worms anno 1521. §. und als wir  
 in unser Kays. gemüth. R. A. zu Nürnberg anno 1522. in pr. R.  
 A. zu Augspurg anno 1530. in pr. Nonissime in capit. Invictissi-  
 simi Domini Leopoldi Augusti, Regie saltem corone facta mentio,  
 Imperialis plane nulla. art. 37. Quidquid olim fuerit, tralatitium  
 est. Coronam Romanam hodie supervacanciam haberi, neg. aliquid  
 propterea S. Cef. Majest. deesse. Multa alias passim de coronatio-  
 nis Romana seu Papalis efficacia & contraria disputantur. Nos  
 cum de re simus certi, de verbis amplius soliciti non erimus. vi-  
 deri poterit Johann. Gerseniū in orat. de pontificalia electi Roma-  
 norum regis coronatione. Onuphr. Pandin. de comit. imperat. cap.  
 s. & II. Johan. Azor. inst. moral. lib. 10. cap. s. Hieron. Balbus. de  
 coronat. cap. 19. & 20. Bellarmin. de translat. imper. lib. 1. cap. 4.  
 Lancell. in templ. lib. 1. §. 1. quest. 3. n. 5. Wefenbec. in not. ad  
 Schneider. in proam. Inst. n. 6. Petr. Heig. illustr. quest. part. 1.  
 quest. 3. n. 56. Domin. Arum. ad A.B. discurs. 2. thes. 20. Gerlac.  
 Buxtorf. ad A. B. cap. 29. lit. f. Reinkingk. dc Reg. S. & E. lib.  
 1. class. 3. cap. 8. n. 17. & seqq. Schütz. de stat. rei. Roman. vol. 1.  
 disp. 2. tb. 20. Linm. de Jur. Publ. lib. 2. cap. 4. n. 52. & seqq. Gol-  
 dast. in Polit. Imper. part. 2. & 3. Illud ipsa litera ostendit, in ca-  
 pitulationibus, & sic ante coronationem electos se nominare Roma-  
 nos reges tantum, posse vero Imperatores, In quibus alias Imper-  
 rator

rator & Rex Romanorum differant & conveniant, tradunt  
 Schutz, de stat. rei Rom. vol. 1. d. 5. th. 4. Reink. d loc. lib. 1. cl. 1.  
 cap. 14. Limn. d. loc. lib. 2. cap. 14. n. 46. (c) Kammerger. Ordin.  
 zu Constenz anno 1507. tit. wann gegen mächtigen Gewalt. ibi:  
 als das Haupt und Herren. R. A. zu Trier und Köln anno 1612.  
 in pr. ibi: Röm. Kaiser und rechter Herr. R. A. zu Augspurg.  
 anno 1530. §. dergleichen wir. R. A. zu Regenspurg. anno 1532. tit.  
 Geistliche und Weltliche Beschwörung. in pr. R. A. zu Worms  
 anno 1545. §. also und dermassen. R. A. zu Augspurg. anno 1566.  
 §. und nach dem dann / ibi: als das Oberhaupt in Reich.  
 R. A. zu Speyer / anno 1570. § nach erledigten / ibi: ein wachent  
 Haupt des Röm. Reichs / Ordination Notar. zu Köln / anno 1512.  
 §. und nach dem von gemeinen Rechten / §. die Notarien sollen  
 auch wissen / ibi: der Nahme des Obersten Fürsten. (d) A. B. tit.  
 2. § prestio denig. ibi: temporale caput mundi seu populi Christia-  
 ni, & temporale caput fidelium, R. A. zu Speyer / anno 1529. §.  
 und ansänglich belangend / ibi: Oberst Haupt und Vogt der  
 Christenheit. Ander achts Erklär. des Graffen von M. anno  
 1622. ibi: Röm. Käys. und höchste weltliche Oberhaupt. apud  
 Lundorp. in act. publ. part 5. cap. 23. Buxtorf. ad A. B. cap. 29.  
 Domin Arum. ad A. B. diss. 2. th. 12. Hinc regium patronatus jus  
 & Advocatia & ecclesia defensio, primario ad Cesar. Maj. perti-  
 net. Dav. Hop. de protect. sive Advocat. jur. concl. 9. Lupold. de  
 Babenb. de jur. regn. cap. 3. Menoch. A. J. Q. cas. 338. n. 7. lib. 2.  
 cent. 4. Dissert. nostra Heidelbergensis, de jur. patronat. part. 2.  
 concl. 3. & seqq. Fatetur id ipsum Carol. V. in R. A. anno 1530. §.  
 auf solcher unser gnädigst. ibi: Wie uns als Röm. Christis  
 über Kaiser / Obersten Vogt / und Schirmherrn / der H. Christi  
 lichen Kirchen / von Amptwegen unsern gewissen nach gehüret.  
 l. 3. l. ult. C. de Summ. Trinit. Nov. 3. s. 6. 16. constit. Frider.  
 de pac. tenend. in pr. 2. F. 27. clement. un. de jure jur. ibi: ecclesia  
 debent esse promptissimi defensores, c. convenior. 21. XXIII. qusst 8.  
 S. pen. Hinc glorioſi tituli, quibus se ornant. Impp. rechter Vogt /  
 Oberster

Obrister Vogt / Beschirmer / Schirm- Herr / Advocat, des  
 H. Christlichen Glaubens / der. H. Christl. Kirchen; der Christenheit / vid. R. A. zu Trier und Köln. Anno 1512. §. und nachdem wie vor Augen. R. A. anno 1518. in pr. constit. wieder die Widerhauffer / anno 1529. R. A. anno. 1541. §. aber Churfürsten & passim, dicta modo magnifica nomina ab ipsa Cef. Maj. Statibus Imperii tributa leguntur. R. A. zu Nürnberg. anno 1524. ibi: Die Stände des H. Reichs als Schützer und Schirmer des Glaubens. In specie Rex Anglia Henricus VIII, pro se & successoribus suis, a Pontifice fidei defensoris titulum accepit; quod contra Lutherum librum ediderat. Sleidan. lib. 3. Limn. d. f. P. lib. 2. c. 6. num. ult. Similem fere titulum Iulius II, anno 1512. Helvetiis concessit solenni bulla, in prestiti auxilii remunerationem contra Galliae regem; nempe ut vocarentur auxilitatores & defensores libertatis ecclesiastica. Guicciard. hist. Ital. lib. 12. Christ. Wurstisen. in Chron. Bas. lib. 7. c. 3. Hunc titulum hac literarum superscriptione: Unsern lieben Sünnen/ der H. Röm. Kirchen Bundgenossen und Beschirmern Leo. X. iis confirmavit. Gold. in Reichs Sacz. fol. 103. Atq. quamvis reges Galliae Christianissimi nominentur, quem titulum eis Iulius XI. adimere & ad Anglia reges transferre voluit, Guicce. d. lib. II. attamen Imperatores jam dia eo usi sunt. l. 8. c. de summ. Trinit. Henr. Bebel. in discurs. quod. Imp. Roman. jure sui Christianiss. dicendus. Gasp. Sciopp. in consil. reg. p. 31. (e) Gunth. Ligur. lib. 6. & idem. Cum tu cunctorum quos cernunt sidera regum maximus, & toto nulli cessurus in orbe. (f) quod curie Wormatiensi aureis literis inscriptum legitur. (g) quod ingenue fatetur ipse Bodin. de Rep. c. 9. Anton. Quetta. de precedent. Romani regis & Gallie. 12. Thom. Lanf. in consultat. de princip. inter prod. Europ. Orat. pro. German. 1. Reink. de R. S. & E. lib. I. cl. 2. cap. 7. ibiq. alleg. (h) Rosenthal. de feud. cap. 8. concl. 15. lit. g. ibiq. allegat. (i) Lanf. in consultat. dict. orat. 1. pro German. Reink. dict. cap. 7. n. 48. Job. Bruning. de Homag. sect. 2. cont. 2. 3.

(145.)

Dissertatio Decima

## DE RATIONE STATUS.

Respondente,

ELARDO E S T C H / Berolinensi  
CONCLUS. I.

**S**acrae Cæsareæ Majestatis transcendentem dignitatem eminentiam (a) modo stricte consideravimus. Ad jus imperii ipsum & vim & potestatis absolutæ summittatem (b) quod attinet, præter Deum & ensem, laudata Majestas, superiorem, in vasti hujus mundi machina, neminem agnoscit. Sicut caput summa corporis pars, (c) ita etiam Cæsar supremus moderator imperii. Ab ipso cuncti principes & status imperii, aliiq; immediati cives acceperunt, & adhuc habent & agnoscunt provincias, dignitates, privilegia, regalia, territorialia & inde dependentia jura ingentia.

Tanta dari, clari fuit indulgentia regis, (d) &c. Eidem tamen vasallagium & homagium vicisim præstant, atq; inde simul vasalli sunt & simul subditi. Sic fidelitatem, obedientiam, subjectionem Imperatori clementissimo suo domino (e) omnes debent. Iterum cunctis, summis & insimis conditionis, mandat, imperat: omnes causas & personas judicat, extollit, humiliat, largitur, adimit, privilegia, immunitates, dignitates regales, & jura territorialia concedit & tollit, condemnat, coercet, punit (f) gratiam facit, absolvit. Tandem maximi momenti vel reservatum vel relictum est, absolutæ potestatis plenitudo (g) cui Cæs. Majestatem alicubi renunciasse, nos legisse,

T

gisse, haud meminimus. Illud bene novimus, frequen-  
tem ejus pasim fieri mentionem, & quod saepius ex pro-  
prio motu, vel gratia, vel ex necessitate adhibita fuerit.  
Soliti tamen fuerunt Impp. semper paterne (h) & leni-  
ter procedere, monitoriisq; multis uti, & gratiam ante-  
large offerre, quam juris summi rigorem adhibuerint.  
Quanta, hostibus suis apertis & clandestinis, errata & cri-  
mina, condonaverint, notorium est. Omnes tamen &  
singuli sibi suisq; & fortunæ suæ industrie caveant, ne in-  
violabilem Majestatem ita lèdant, ut ad jus imperii tenea-  
tur recurrere, & potestatis plenitudinem. Alias quem,  
præmiorum exhortatio & humanitas, probum facere ne-  
quit, eum bonum facere solet metus peccarum & execu-  
